

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. V

IŪLIUS ET AEMILIA DUŌS FĪLIŌS ET ŪNAM FĪLIAM HABENT – NŌN DUĀS FĪLIĀS (cāsus accūsātīvus – numerus plūrālis)

-OS/-US > -OM > **-UM**

Iūlius serv-um su-um vocat. (cap. IV)

-OI/-Ī > **-ŌS**

Iūlius MULT-ŌS SERV-ŌS habet. (v. 6)

-A > **-AM**

Aemilia ūn-am fili-am habet. (v. 3)

-AE > **-ĀS**

Aemilia MULT-ĀS ANCILL-ĀS habet. (v. 7–8)

-OM/-UM

Servus bacul-um, quod in mēnsā est, videt. Iūlius MULT-A LĪLI-A in hortō suō habet. (v. 14)

-A

AB, CUM, EX, IN, SINE + -Ō/-Ā/-ĪS (praepositōnēs < prae + pōnere, cāsus ab-lātīvus)

-OS/-US > **-Ō**

Vīlla in magn-ŏ hort-ŏ est. (v. 12)

-OI/-Ī > -OIS > **-ĪS**

In HORT-ĪS sunt rosae et līlia. (v. 13)

-A > **-Ā**

Iūlius in magn-ā vill-ā habitat. (v. 1)

-AE > -AIS > **-ĪS**

Iūlia cum quīnque ROS-ĪS venit. (v. 58)

-OM/-UM > **-Ō**

Iūlius in oppid-ŏ Tūscul-ŏ est. (v. 45-46)

-A > -OIS > **-ĪS**

Servī in PARV-ĪS CUBICUL-ĪS dormiunt. (v. 38–39)




IN Vīlla Iūliī in magn-ŏ hort-ŏ est. In hort-ĪS sunt rosae et līlia. (v. 12–13)

AB Iūlia ab Aemiliā discēdit. (v. 48–49)

EX Iūlia rosās carpit et cum quīnque rosīs ex hort-ŏ venit. (v. 58)

CUM Pater et māter habitant cum Mārc-ŏ et Quīnt-ŏ et Iūliā. Iūlius et Aemilia in villā habitant cum liber-ĪS et serv-ĪS et ancill-ĪS. (v. 11)

SINE Aemilia sine vir-ŏ su-ŏ Iūli-ŏ in villā est. Iūlius in oppid-ŏ sine Aemiliā est. (v. 43–46); Puella sine ros-ĪS pulchra nōn est. (v. 63)



DOMINUS EÖRUM (: SERVÖRUM) EST IŪLIUS (prōnōmina persōnālia)

SG.	M.		F.		N.	
nom.	qu-is	> <u>i</u> s	fēmin-a	> e- <u>a</u>	qu-id	> <u>i</u> d
acc.	puer-um	> e- <u>um</u>	puell-am	> e- <u>am</u>	qu-id	> <u>i</u> d
gen.	cu-ius	> e- <u>ius</u>		> e- <u>ius</u>		> e- <u>ius</u>
abl.	hort-ō	> e- <u>ō</u>	vīll-ā	> e- <u>ā</u>	imperi-ō	> e- <u>ō</u>
PL.	M.		F.		N.	
nom.	serv-ī	> e- <u>ī</u> > i- <u>ī</u>	ancill-ae	> e- <u>ae</u>	cubicul-a	> e- <u>a</u>
acc.	serv-ōs	> e- <u>ōs</u>	ancill-ās	> e- <u>ās</u>	cubicul-a	> e- <u>a</u>
gen.	serv-ōrum	> e- <u>ōrum</u>	ancill-ārum	> e- <u>ārum</u>	cubicul-ōrum	> e- <u>ōrum</u>
abl.	serv-īs	> e- <u>īs</u> > i- <u>īs</u>	ancillīs	> e- <u>īs</u> > i- <u>īs</u>	cubicul-īs	> e- <u>īs</u> > i- <u>īs</u>

IŪLIA, VENĪ! MĀRCE ET QUĪNTE, VENĪTE! (modus imperātīvus)

	numerus	singulāris	plūrālis
1. -A	imperātīvus indicātīvus	<i>vocā!</i> <i>voca t</i>	<i>vocā te!</i> <i>voca nt</i>
2. -E	imperātīvus indicātīvus	<i>vidē!</i> <i>vide t</i>	<i>vidē te!</i> <i>vide nt</i>
3. /-	imperātīvus indicātīvus	<i>pōn e!</i> <i>pōn it</i>	<i>pōn ite!</i> <i>pōn unt</i>
4. -I	imperātīvus indicātīvus	<i>audī!</i> <i>audi t</i>	<i>audī te!</i> <i>audi unt</i>

VIDĒ ETIAM!

- RĪDET + CĀSUS ACCŪSĀTĪVUS: *Puerī mē rīdent* (v. 70), *Puerī Iūli-am rīdent*;
- ETIAM: *Audī, mamma: puerī etiam mē rīdent!* (v. 70, : et mē foedam vocant et etiam mē rīdent!);
- AGE! AGITE! + MODUS IMPERĀTĪVUS: *Age! Venī, serve! Agite! Venīte servī!*
(cf. v. 87, 103);
- hortus PULCHER, rosa PULCHRA, līlium PULCHRUM (v. 12–18): *hortus pulcher* (gen. *hortī pulchrī*), *rosa pulchra* (gen. *rosae pulchrae*), *līlium pulchrum* (gen. *līliī pulchrī*);
- Hortus Iūliī pulcher est, quia in eō sunt MULTAE ET PULCHRAE (~~nōn multae pulchrae~~)
rosae līliaque (v. 15–16).